

§81. **V**arias divinant Interpretes hujus vocis derivationes, ut videre licet apud Andr: Gail: lib. 2. de pace publ. c. 1. qui tandem existimat, derivari à Germanico vocabulo *Bann*. quòd viam publicam sive territorium significat, quòd bannitus prohibeatur uti territorio & viâ publicâ omnibus communi. Latine idem est quod Proscriptio.

Itaque Bannum est pœna, quâ Reus ob crimen perpetratum, vel, si de eo necdum confessus aut convictus est, quia contumaciter abest, ob contumaciam in comparando cõteretur, proscriptio ex Provincia. Comparatur Banniti illis qui olim erant Deportati, vel quibus aquâ & igni interdictum erat. Habet etiam similitudinem cum Spirituali & Ecclesiastica censura Excommunicationis, quatenus privat communione juris civilis in eo loco ex quo bannitur.

§82. Duplex est Bannum. Unum Generale, sive Imperij, alterum alicujus Principis seu Status Imperij, vel Civitatis.

Bannum Imperiale & generale, seu Sacri Imperij Romani Proscriptio est Impetij Judicialis Censura, quâ delinquentibus, vel contumacibus aquâ & igni interdicuntur, ita ut à nemine in Clientelam, fidem aut amicitiam recipi, ab omnibus verò impunè, tam in persona quàm in bonis offendi possint; & à Solo Imperatore, vel, eo absente, à Rege Romanorum irrogari possit.

§83. Observat autem Carpzovius q. 140. n. 18. hodiè præter declarationem Banni ab ipso Imperatore factam extare adhuc alios tres modòs banniendi. Primus fit in Camera Imperiali: Ubi si quis bannitur, petendè est acsi banniretur ab Imperatore, cum Camera hæctenus fuerit vice Præfeti Prætorio, à quo tanquam ab ipso Imperatore non licuit appellare. *l. un. ff. de Off. Præf. prætor.* & ideo sic bannitus perdit in Imperio omnia Jura civilia, ubicunque locorù.

Secundus fit à Judio Imperiali Rotvillano, quod tamen habet limitatam Jurisdicção-

nem & districtum, solumque extenditur in Alsatiam, Brisgotiam, usque ad Rhenum. Unde à Rotvillensibus bannitus si Moguntia; v. g. vel in Hassia institueretur hæres, vel ex forma statuti, vel ex forma juris communis, posset capere hereditatem: quia incapacitas ejus regulatur ad Jurisdiccionem Rotvillensium, quâ is ad illum locum non extendit, ubi facta est institutio

Tertius modus fit in Westphalia, cujus Imperiale Judicium etiam habet certos limites sicut de Rotvillensi dictum est.

§84. Effectus Banni Imperialis in specie sunt illi notabiles. Banniti testamentum condere non possunt, quod suam vim habeat in Imperio. 2. Successionem & hereditatem sunt incapaces, sicuti olim deportati. 3. Ex consuetudine Imperij omnia bona tam allodialia, quàm feudalia amittunt quæ habent de præsentis. omnia verò quæ ex hereditate bannito alioquin obvenierent in territorio banni, non fisco, sed aliis hæredibus ab intestato venientibus applicantur & accrescunt. 4. Incapaces fiunt Judiciorum, quæ etiam civilia sunt, nec non actionum, quæ in formatione sunt Juris civilis.

§85. Bannum speciale, & extendens se solum ad terminos territorij & Jurisdiccionis Bannientis, ad hoc ut inducat privationem Juris communis Romani, requirit, ut proscriptus expressè declaretur hostis patriæ, ut à quovis impunè offendi queat, ac positus sit extra omnem juris communis protectionem, absque hoc illum effectum privationis non habet, ne quidem in ditione illius à quo bannum irrogatum est, nec item operatur amissionem eorum, quæ vel ex privilegijs, vel jure statuario competunt, uti nec sui naturâ ademptionem bonorum, prout alijs relatis tradit Carpzovius n. 33.

Atque hic fit finis eorù, quæ mihi de Jure & Justitia scribenda constitui, ad majorem Omnipotentis Dei Gloriam, & utilitatem eorum, qui in materijs Juridicis Theologos legere non spernantur.

F I N I S.

REPER-

REPERTORIUM UNIVERSALE

IN SEX TOMOS

DE

JURE PRIVATO,

ET

JUDICIIS,

A

P. CHRISTOPHORO

HAUNOLDO

SOCIETATIS JESU

CONSCRIPTOS,

AB IP SO AUCTORE CONFECTUM.

U B I

Pro expedita inquisitione, imprimis Tomus, deinde Tomi
Folium, & in Folio Numerus Initialis,
annotantur.



INGOLSTADII.

Apud JOANNEM PHILIPPUM ZINCK, Typographum.

Anno M. DC. LXXIV.

Abigeatus.

Tomo 1.

Abigeatus crimen committit, qui de armento aut grege abigit aliquot capita simul, ut 10. oves, 5. porcos. vel unum ex magnis animalibus, vel equum ex stabulo. f. 118. n. 262.

Tomo 6.

Abigei, pro frequentia delicti diversimodè puniuntur, durissimè poenà gladij. Qui ex stabulo abigunt, plenius coërcentur. qui animalia cicura, arbitrariè. fol. 79. n. 92. Non est Judicij publici. fol. 80. n. 93. Receptores solent relegari ad decem annos. eod.

Abortus Procuratio.

Tomo 6.

Qui partum animatum dolo abigit, poenà legis Cornelia tanquam Homicida tenetur. Imò posset puniri ut homicidium proditorium, vel ut parricidium, si à matre vel patre. fol. 80. n. 94. Tempus autem, an fetus fuerit animatus, cum sit dubium, illud in puniendo attendendum, quod apud Medicos omnes est indubitatum. eod.

Qui fetum inanimatum abigit, arbitrio Judicis punitur, & posset puniri relegatione vel exilio. n. 96.

Acceptatio.

De hujus necessitate ad hoc ut pollicitatio obliget, vide *Promissio*.

De eadem vide *Lex*.

Acceptilatio.

Tomo 3.

Acceptilatio est liberatio per mutuam interrogationem, quâ utriusque contingit ab eodem nexu solutio. fol. 28. n. 165.

Hodie ad conficiendam Acceptilationem sufficit nudum pactum, neque requiritur illa scrupulosa forma à I. C. Gallo Aquilejo inventa ad quodcunque debitum solvendum, & refertur in §. 2. Inst. quib. modis oblig. toll. eod.

Illud singulariter statutum est, quòd Procurator, Tutor, Curator, & similes, non rectè alieno nomine acceptum faciant, aut rogent, nisi præcedente novatione, quâ Jus aut obligatio in novantem transfundatur. fol. eod. n. 166.

Accessio.

Tomo 1.

Est Modus acquirendi Jure gentium, quando materia minùs principalis aliena jungitur materiæ propriæ principaliori jam formata. v. g. si vesti jam factæ intextatur purpura aliena, toti cedit. fol. 419. n. 110.

Si bonâ fide facta est intextura, domino purpuræ competit conditio sine causa, vel actio ad exhibendum, si malâ fide, actio furti. eod.

Accrescendi Jus.

Tomo 2.

Hæredi instituto in re certa, vel quota aliqua

A.

3

totius assis, si nihil de reliquo dispositum est, omnia accrescunt, perinde ac si ex alle hæres institutus esset. fol. 139. n. 608.

Si Hæres in re particulari institutus habet cohæredem universalem, nulla bona illi accrescunt, sed cohæredi tantum, etiamsi iste tantum in certa quota assis institutus esset, nisi iste repudiaret hæreditatem, aut sine transmissione deederet. fol. eod. n. 609.

Si plures sint instituti in re certa, & nullus cohæres universalis datus, omnia cætera illis accrescunt æqualiter, non obstante inæqualitate rerum certarum relictarum. Si verò instituti essent in quotis inæqualibus assis, cætera secundum proportionem accrescerent. fol. eod. n. 610.

Quando ex pluribus hæredibus unus adit partem sibi relictam, alter repudiat, vel alio modo in ejus persona deficit successio, illius portio accrescit aduenti. n. 611. Possessio tamen ipsa non accresceret, sed de novo acquirenda esset. eod. Idem dicendum est de fideicommissio ad plures spectante. eod.

In Legatis & Fideicommissis particularibus regulariter habet locum Jus accrescendi inter re conjunctos legatarios aut fideicommissarios. fol. 140. n. 612.

Accrescendi Jus cedit Substitutioni. fol. 168. n. 46.

Plura vide. *Ufusfructus*.

Accusatio. Accusator.

Accusatus.

Tomo 6.

Ab accusando nemo repellitur, qui suam suorumve injuriam persequitur. vel qui agit ad poenam sisco applicandam ex delicto privato. fol. 207. n. 21.

Clericus nunquam potest accusare ad publicam vindictam, etiamsi non sit causa Sanguinis. fol. 207. n. 22. Licet tamen accusat prosequendo suam offensam, vel Ecclesiæ suæ, si delicto non est imposita poena sanguinis. eod.

Milites hodie ab accusando non repelluntur. nu. 23.

Laicus potest Clericum in certis criminibus accusare. eod.

Filius familias potest, etiam absque patris consensu accusare. eod.

Servus non admittitur ad accusandum nisi in criminibus exceptis. n. 24.

Minor viginti annis non admittitur nisi ad prosequendam suam & suorum injuriam. nu. 25.

Mulier in novem casibus, in quibus non prosequitur suam aut suorum injuriam, accusare potest, quos vide. n. 26.

Infamis tantum infamiæ Facti ab accusando non repellitur. Infamis infamiæ Juris admittitur in criminibus exceptis, & prosecutione suæ suorumque injuriæ. fol. 209. n. 28.

A 2

Accusatus

Accusatus necesse inter reos receptus, potest accusare suum accusatorem, & quoniam alium de maiore crimine. Receptus autem non nisi extraneum, vel prosequendo suam & suorum injuriam, vel ad inchoandam accusationem. Vel denique per viam exceptionis opponere crimen. fol. 209. n. 29.

Inimicus capitalis, Jure Canonico, non admittitur, Jure Civili est suspectus. fol. 210. n. 30.

Hodie raro quaritur, an Accusator sit idoneus, quia Judex potest procedere per viam Inquisitionis. n. 31.

Qui semel ab accusando destitit, amplius non admittitur. n. 32.

Accusatus de uno crimine, de eodem ab alio simul accusari non potest, bene tamen de alio, & tunc de utroque simul cognoscendum. n. 33.

Concurrentibus pluribus accusare volentibus, Judicis est eligere. Nisi aliqui sint gradu proximiores illi, cujus injuriam prosequuntur. nu. 34. tunc enim illi praeferuntur etiam spurij. nu. 35. & seq.

Magistratus Majores de delicto ante Magistratum commissio, non possunt tempore Magistratus accusari. fol. 211. n. 39.

Semel ab accusatione absolutus, super eodem crimine amplius accusari, nisi ex gravi causa, non potest, bene tamen super nova qualitate aggravante, ante Sententiam latam, & tunc haec accusatio praefertenda. n. 40. & seqq.

Condemnatus ad poenam incompetentem, eo quod Judex competentem infligere non potuit, potest iterum accusari ad poenam competentem. fol. 212. n. 43.

Relaxatus sub fidejussione de se sistendo, potest iterum ex novis indicij molestari. n. 44.

Ad accusandum admittitur Syndicus alicujus Universitatis. fol. 213. n. 46.

Hodiernis moribus (secus de Jure civili) in quavis causa criminali admittitur Accusatoris Procurator ad accusandum, & accusationem prosequendam. n. 48.

In causis Criminalibus Rei absentis Procurator seu defensor ad merita causae tractanda non admittitur. fol. 214. n. 50.

Admittitur tamen ad absentiam excusandam, & ad opponendas Exceptiones declinatorias Judicij. n. 51.

In Publicis Judicij, non tendentibus ad poenam corporis afflictivam, sed solam pecuniariam, potest admitti Procurator. n. 52.

Quando Reus est in Judicio praesens, potest assistere Procurator, non quidem ad respondendum, sed ad alios actus. n. 53. & seqq.

Non solum Supremus Princeps, sed etiam inferior Judex potest Accusationem rescindere, & repudiare, si non sit instituta ad proprium Accusatoris interesse, & constat, ex ea plus incommodi quam commodi in Republica nasciturum. fol. 215. n. 57.

In libello Accusatorio regulariter exprimenda: nomen Accusatoris, Accusati, Judicis, malitium commissum, Persona circa quam, Locus, Tempus. fol. 216. n. 59. Dies etiam exprimendus, si expedit reo, & petitur. fol. 217. n. 62.

Possunt in libello poni Indicia commissi delicti, in hunc finem, ut si delictum forte non probetur, sit locus torturae. fol. 218. n. 66. Imò ad Indicia probanda, etsi non posita in libello, datur regressus. n. 67.

Probatà substantià, etsi non probatà qualitate assertà, reus est puniendus ad mensuram probati, fol. 219. n. 68. Si probetur in processu qualitas, quamvis non asserta, secundum eam est reus puniendus. nu. 69.

Accusatori, loco Inscriptionis, est cautio praestanda. n. 70. & seqq. Accusatus absolutus habet jus conveniendi ratione cautionis, semòt appellacione. fol. 220. nu. 72. Si Accusator non est potens cavere, est custodia mandandus, quamdiu non probaverit. n. 75.

Reus, lite contestatà, si renuat respondere ad interrogationes categoricè, non hoc ipso habendus est pro Convicto & Confesso, sed, in delictis gravibus potest torqueri ad obtinendam responsionem, in levibus, cogi potest sub poena pecuniaria, vel captis pignoriibus. Nec est illi concedenda dilatio ad respondendum affirmativè vel negativè. fol. 221. n. 79. & seqq. An autem praerogatur, ut constet de corpore delicti, pendet ex arbitrio Judicis. fol. 222. n. 81.

Appellare licet etiam in criminalibus à Sententia definitiva, Jure communi, sed in Imperio contrarium observatur in processu inquisitorio. fol. 334. n. 575. & seqq. ubi vide limitationem. Admittitur tamen appellatio in processu Ordinario. fol. 335. nu. 579. Custodia Rei pertinet interim ad Judicem à quo.

Acta Publica & Judicialia.

Tomo 3.

Acta dicuntur, quae fiunt coram habente Jurisdictionem quâ tali. Requiritur ad sui substantiam Scripturam, praesentiam etiam Notarij, & Partium. fol. 361. n. 453. Quae ad voluntariam Jurisdictionem spectant, sunt Acta non Judicialia, ad quorum substantiam Scriptura non requiritur. n. 454. vocantur etiam Monumenta.

Per Acta Judicialia probatur rem ita gestam esse, etiam in alio Judicio, & respectu quorumcunque. fol. 362. n. 455. ubi exemplum. n. 456.

Acta Ordinaria Judicij facta in uno Judicio, durante eadem instantiâ faciunt fidem etiam coram Judice subrogato in locum prioris Judicis. n. 458.

Instantiâ per Sententiam definitivam finitâ, Acta Ordinaria effectum suum retinent inter eosdem, etiam in Instantiâ appellacionis, vel revisio- nis, vel retractationis. n. 459.

Pereunt Instantiâ Acta ordinaria respicientia ipsam litem & merita causae, quoad effectum de futuro per-

turo pereunt per instantiâ lapsam. n. 460. Non pereunt tamen quoad effectus respicientes ipsam causam vel litem. nu. 461. Desinit etiam res esse litigiosa. n. 462. adeoque & alienari & praescribi potest. eod.

Acta Probatoria ad hoc ut in alio Judicio probent, non est necesse, fuisse publicata, v. g. partibus esse communicatas attestaciones, sed satis est, fuisse in debita forma conscripta & excepta. fol. 363. n. 464.

Acta probatoria faciunt fidem durante adhuc eadem instantiâ inter easdem personas, etiam coram Judice subrogato: n. 467. Imò inter easdem personas in alia instantiâ, quando prima precepta est, sive lapsu temporis, sive per absolutionem ab observatione Judicij. n. 468.

Quando Acta probatoria non sunt confirmata per subsecutionem Sententiae, sed aliter est finita instantiâ, tunc quoad alias personas diversas (nisi essent successores representantes litigatorem defunctum) non habent vim probandi. fol. 364. n. 471.

Acta Probatoria recepta in uno Judicio, in alio Judicio nullam faciunt fidem si causa sit diversa, & persona litigantes diversa. nu. 472. & seqq. ubi vide limitationem seu declarationem. Nempe nisi alius litigaret me consentiente, & cum possem, non impediante, cum Jus ad me spectaret. item nisi Jus unius penderet à Jure illius qui litigavit & succubuit, quo sublato perit Jus posterioris. fol. 367. o. 475. ubi exemplum.

Sententia lata super Exceptione dilatoria contra excipientem probat inter easdem personas, & praedictat etiam in causa principali in eo in quo opposita est exceptio. fol. 365. n. 476. ubi declaratur in exemplo.

Sententia Interlocutoria in Judicio Ordinario lata pro excipientem exceptione impediente litis ingressum, semper praedictat agenti. Secus si in Summario lata esset, & postea in Ordinario causa ventilaretur. n. 477.

Sententia lata super exceptione peremptoria vel incidenti, quae opponitur meritis ipsius causae, semper facit fidem inter easdem personas in eodem Judicio, si quidem probatà exceptione absolvatur Reus, & factâ pronuntiatione super meritis causae principalis, hoc ipso censetur pronuntiatum super quaestione incidenti. fol. 365. nu. 478. ubi exemplum.

Sententia definitiva lata in Ordinario Judicio vel ex confessione partis, praedictat iisdem personis litigantibus generaliter etiam in casu appellacionis, si fatalia absque retractatione Sententiae lapsa fuerint, & etiam in diverso foro. fol. 366. n. 479.

Si Jus aliarum personarum venit in consequentiam, Sententia praedictat in consequentiam etiam alijs. n. 480.

Non sunt de Actis illa documenta, quae quis producit quidem in Judicio, sed non facit illa Registrari in Actis de verbo ad verbum. Hoc casu

sola productio est de Actis, & non Instrumentum ejusque tenor. fol. 485. n. 1132. adhuc tamen, potente adversario eodem essent. eod.

De Editione Actorum faciendi, vide: Editio,

Actio. Actor.

Tomo 1.

Actio Realium nomina sunt. Rei Vindicatio: Confessoria. Negatoria. Publiciana. Rescissoria. Pauliana. Serviana. Quasi Serviana. & suis locis explicantur. fol. 79. n. 64.

Dantur Actiones Mixtae, quae partim sunt in Rem, partim in personam: & sunt quatuor. Finitium Regundorum. Familiae erciscundae. Communi dividendo. Ad exhibendum. f. 79. n. 67. sed suis locis explicantur. & to. 5. fol. 112. n. 134.

Actiones quo tempore praescribantur, vide: Praescriptio Servitutum. Actionum & obligationum.

Tomo 5.

Actio definitur Jus, quod sibi debetur, in Judicio prosequendi. fol. 109. n. 116.

Dividitur Actio in Realem & Personalem: haec datur etiam adversus haeredes, non illa. fol. 111. à n. 123. ubi declaratur.

In libello Actionis Realis, non est necesse exprimi causam remotam. fol. 112. n. 130. Bene tamen in Actione personali. n. 132.

Actiones Reales in Jure vocantur simpliciter Actiones & Vindicaciones, Personales vero Condiçiones. fol. 113. n. 139.

Tam Reales quam Personales Actiones aliae sunt Civiles, aliae Praetoriae. fol. 114. n. 140. Civiles sunt perpetuae. Praetoriae plerumque annuae, nu. 141. Ad Civiles pertinent Actiones de novo introductae Statutis Municipalibus. fol. 115. n. 142.

Actionum Poenaliu tres species referuntur. *Albi corrupti*. De in Jus vocando patre vel patrono venia non petitâ. De Exempto qui in Jus vocatus est. fol. 124. & seqq.

Actionum aliae sunt bonae fidei, aliae stricti Juris. Quae bonae fidei sunt, referuntur fol. 127. n. 221. Caeterae sunt stricti Juris. eod. ubi etiam traditur generalis regula eas discernendi. n. 221. & fol. 128. à n. 224. referuntur exempla, quomodo Judex supplet ea, quae ex aquo & bono praestanda veniunt. & in seqq. variae differentiae inter utrumque genus.

Differentia inter Actiones bonae fidei & stricti Juris, non est sublata Jure Canonico. fol. 129. nu. 235. Singulae Actiones bonae fidei vide explicatas in illis Contractibus ex quibus descendunt. Formulas autem vide hic fol. 129. & seqq.

Actio Arbitraria solet definiti: Cui officium Judicis mercenarium deseruit propter aliquod extrinsecus accidens, contra Naturam Actionis intentata. Vel, est Actio stricti Juris, in qua exercetur Judicis officium mercenarium, Actioni deseruiens propter accidens quoddam extrinsecum praeter naturam Actionis praeposita. fol. 133. nu. 263. Mellius est Actio quae à Judicis arbitrio pendet, ita ut, si huic satisfiat, absolutio, sin minus

gravior sequitur condemnatio. fol. 134. nu. 264. Constituit tertiam speciem inter bona fidei & stricti Juris. n. 266. ubi exemplum. & n. 268. referuntur in specie.

ACTIONES cumulari quandoque etiam tunc possunt, quando ad eandem rem, sed ex diversa causa tendunt. fol. 137. n. 278.

Quandocumque ACTIONES ita se habent ad invicem, ut sententia absolutoria in prima ACTIONE parere possit exceptionem rei judicate in secunda, non possunt in eodem libello cumulari. nu. 279. ubi exempla, & regulæ limitatio. n. 280. & seqq.

ILLÆ etiam ACTIONES non possunt cumulari quæ ita tendunt ad eandem rem, ut unius electio tollat alteram. Item, quæ statim ab initio ex natura sua sunt contraria. fol. 130. nu. 283. neque illæ, quarum unâ si obtineam, plene mihi satisfiat, secus, super sit altera. n. 284. Nec denique sic, ut reus habeat exceptionem Præpostestationis. n. 285.

Pupilli & Minores absque Tutoris aut Curatoris auctoritate agere in suum præjudicium non possunt. valet tamen Sententia pro ipsis lata. fol. 138. n. 286.

Servi non audiuntur ne quidem in criminalibus, exceptis octo casibus. fol. 139. n. 287.

FILIUSfam. nec agere nec conveniri potest proprio nomine absque consensu patris, nisi pater sit absens, vel sub sit alia causa, vel si procul absentes in peculo profectio contraxerunt. nu. 288. bene tamen alieno nomine. nu. 290.

EXCOMMUNICATI, Hæretici, Deportati, non permittuntur agere, bene tamen se defendere. fol. 139. n. 291.

Neque mulieres in Criminalibus, nisi suam vel suorum injuriam prosequantur. n. 292.

Temerè litigantium pœna universalis est, ut condemnentur in expensas & damna quæ Adversarius se incurrisse allegat, salvo moderamine à Judice faciendi. fol. 140. n. 297.

Omnes ACTIONES ex delicto sunt famosæ, exceptæ Legis Aquilia. Ex contractu Actio Tutelæ Depositi, Mandati, Pro Socio. (si dolus intervenit) directæ. fol. 141. n. 300. ad infamationem autem tria requiruntur. 1. ut Juxta Sententiam tulerit. 2. ut Reus in propria persona condemnatus. 3. ut Sententia transferat in rem judicatam. n. 301. Universim condemnatus ob dolum fit infamis. n. 302. Est infamia perpetua. n. 303.

Actus.

Tomo 2.

In omni Actu subintelligitur clausula: ut valeat meliore modo quo potest, si expedit valere illi qui ponit actum. fol. 15. n. 59. & seqq. nisi aliunde colligeretur, actum esse restrictum, ex intentione agentis. fol. 15. n. 61.

Actus Servitus.

Tomo 1.

Est Jus agendi jumentum vel vehiculum. continet etiam Jus itineris, nisi aliter conventum sit. Latitudo actus, sicut & itineris, arbitraria est, & con-

ventionalis. Inter plerumque ad duos pedes, Actus ad quatuor in porrectum, octo in anfractum constituitur. f. 250. n. 178. & seq.

Additio in diem.

De hac vide. *Emptionis resolutio per additionem in diem.*

Ad Exhibendum Actio.

Tomo 4.

Est actio Mixta. tendens ad hoc, ut res exhibeatur: ut cognosci possit, an in illa jus aliquod habeamus. fol. 355. n. 1143. Competit omni illi, cujus interest rem exhiberi, & est preparatoria ad Rei vindicationem. 1144. Veniunt res solum mobiles, & occultabiles. 1145. Datur contra quemvis deotentem, etiam si non possideat. fol. 356. n. 1146. Si reus conventus non exhibeat, juratur in litem, quantum interest fuisse exhibitam. fol. eod. n. 1147.

Administrator.

Tomo 5.

Administrator Ecclesiæ à Pontifice constitutus habet Jurisdictionem Ordinariam, & potest constituitur Vicarium Generalem. fol. 22. n. 94. Plura vide: *Ecclesiæ bona, eorumque administratio.*

Adoptio. Adoptivi.

Tomo 1.

Adoptio est actus legitimus, per quem is, qui naturâ non est, fit filius electione: vel. est legitimæ extranei in filium assumptio. fol. 330. n. 146. Adoptio dividitur in Arrogationem, & adoptionem specificæ sumptam. f. eod. n. 148.

Arrogatio est adoptio extranei sui juris. Adoptio in specie est Adoptio alicujus extranei filijfamilias. eod.

In Arrogatione requiritur expressus consensus arrogandi, in Adoptione sufficit tacitus, & patris consensus expressus. f. eod. n. 150.

Adoptio potest fieri coram quovis magistratu municipali. fol. eod. n. 151.

Adoptare possunt, qui naturâ generare, & filios in potestate patria habere possunt. Hinc Castrati adoptare non possunt, bene tamen Spadones. n. 152. Famine non nisi in solatium filiorum amissionum adoptare permittuntur, quia carent patriâ potestate. fol. 331. n. 153.

Adoptans debet Adoptandum excedere Octodecim annis ætatis. eod.

Arrogari potest Pupillus, etiam infans ex justa causa, si sanguine juncti judicaverint illi expedire, idque apud Magistratum affirmaverint. fol. 331. n. 154.

Adoptans pupillum fidejuberet debet, quod bona arrogati, si impubes decesserit, restituere velit hæredibus pupilli. Obligatur etiam, quod si illum sine causa emancipaverit, non solum omnia ejus bona ei reddere velit, sed etiam quartam omnium bonorum partem relinquere. fol. 331. n. 154. quod si ex justa causa emanciparetur, perderet hanc quartam partem. eod. Quarta pars autem intelligitur omnium bonorum, non portio nisi ab intellectu debita. n. 156.

Arrogatus

Arrogatus in testamento præteritus, quartam consequitur. tomo 2. fol. 90. n. 398.

Adoptati per arrogationem, subjiciuntur patriæ potestati adoptantis unâ cum ijs quos habent in potestate. fol. 331. n. 157.

Adoptati specificè ab avo, transeunt in potestatem Avi, eique succedunt. Adoptati ab extraneo manent in potestate patris naturalis, & huic acquirunt, ac succedunt: neque adoptans tenetur his aliquid relinquere, potestque ad libitum adoptionem resolvere: si tamen intestatus moriatur, adoptatus illi succedit, sed non alijs consanguineis. eod. Adoptatus ab avo si emancipetur, recidit in patriam potestatem patris naturalis. Si emancipetur sine causa, ad minimum succederet instar arrogati. n. 158. Imò probabiliter succederet ac si non esset emancipatus, ut dicitur in v. *Successio adoptivorum*. ubi etiam dicitur, quod Jura succedendi patri naturali per adoptionem ab avo factam non amittantur Jure Novell. esto Jure Codicis hic relato amitterentur.

Potest aliquis adoptare in nepotem, etiam si nullum filium habeat. Potest item adoptare simul patrem, & filium: an autem filium possit adoptare filium in filium, & ejusdem patrem in nepotem, ita ut pater fieret filius sui filij naturalis, est inepta questio. fol. 332. n. 159. & seqq. In adoptione in Nepotem ut sit hæres filij, requiritur consensus filij, non item si avus vellet suum nepotem in adoptionem dare. n. 162.

Quomodo adoptivus succedat in feuda. vide. *Feudum*, & in compendio hic fol. 333. n. 163.

Filius adoptivus non excludit substitutum fidei commissarium sub hac conditione: *si adoptans sine liberis decesserit*. fol. 333. n. 164. Filius naturalis tamen adoptati ab avo & fidei commissio gravati excluderet substitutum, quia censeretur subintellecta conditio *si sine liberis*. eod.

Non est permillum adoptare eum, cui quis obnoxius est rationibus reddendis, ob periculum fraudis. f. eod. n. 165.

Adoptator potest adoptatum iterum dare in adoptionem alteri. n. 168.

Tomo 2.

Adoptato ab ascendente, & in testamento præterito, competit Jus dicendi testamentum nullum, quod durat 30. annis, fol. 90. n. 398. proinde non habet opus remedio prætorio possessionis contra tabulas, quod tantum durat uno anno.

Adoptio non videtur impedire, quominus adoptatus sit à suo naturali patre hæres institutus vel exheredandus, & sic possit utriusque hæreditatem adipisci. fol. 90. n. 401.

Adulter, Adulterium.

Tomo 1.

Adulter prolem adulteram post triennium tenetur alere: cetera damna alijs illata, ut marito liberis &c. sunt solvenda partim ab adultero, partim ab adultera, & unus in defectum alterius. fol. 202. n. 699. Ut autem teneatur, requiritur

moralis certitudo, & non prudenter dubitabile, prolem esse suam.

Si certum est, prolem esse ex adulterio, non constat autem esse ex duobus adulteris sit pater, tunc ad damna restituenda æqualiter tenentur, & unus, in defectum alterius, in solidum. n. 700. Quin & ad alimenta præstantia singuli tenentur ex parte concurrere. 701. Si ex tempore fieret ex parte concurrere, ille solus teneretur, & proles illi adjudicaretur. eod.

Quando Mater non potest aliter cavere damnum alijs secuturum ex prole adulterina, tenetur illegitimitatem proli manifestare, si quidem filius illegitimus teneatur credere matri, vel putetur esse crediturus, nec matri imminet gravior damnum, sufficiens ad excusandum. fol. 203. n. 703. & seq. Facilius modus excusandi est, quando prudenter præsumi potest, maritum & filios malle delictum uxoris & matris manere occultum. 704.

In Ordin. Crim. Carolina sancitur in adulteros pœna capitalis, sive solutus cum conjugata, sive soluta cum conjugato, sive conjugatus cum conjugata peccaverit. fol. 203. nu. 705. Jure Barvarico plura statuuntur singularia, quæ referuntur n. eod. Vide etiam tomo 6. fol. 81. n. 98.

Conjux innocens per se loquendo lucratur dotem vel contradotem secuto divortio, sed proprietatis reservatur liberis legitimis exstantibus: nullis exstantibus marito cedit, & ex Reliquis bonis quantum est tertia pars dotis. exceptis septem Casibus. 1. Si utriusque peccatum est, si alter primum post consecutum jam lucrum peccasset. fol. 204. n. 707. 2. Si uxor fuerit fornicata de consensu saltem tacito mariti. 3. Si mulier fuisset per vim oppressa. n. 708. 4. Si cognito adulterio alter petat debitum. 5. Si fuerit contra aculationem præscriptum. 710. 6. Si maritus moriatur, non transmittit hoc Jus ad hæredes. 7. Si adulterum occidit maritus. 711. & seq.

Leges permittentes occisionem adulteri cum uxore, aut filia nupta in patria potestate constituta, si intenderunt dare licentiam, ut tanquam Ministri occidant, non sunt justæ, pœnam tamen remittere poterant ob justum dolorem. 205. nu. 715. & seqq. & tomo 6. fol. 83. n. 108. & 110.

Facto divortio, ex communi opinione tenetur Maritus alere Uxorem adulteram. fol. 206. n. 718.

Tomo 5.

Punitio Adulterij est mixti fori. quando tamen agitur ad separationem thori, & amissionem dotis, ac alimentorum, est fori Ecclesiastici. f. 75. n. 340. & seq.

Quanto tempore præscribatur hoc delictum vide *Præscriptio delictorum*.

Tomo 6.

Si conjugatus peccet cum soluta, non solet puniri pœnâ gladij ut adulter, sed virgarum, vel alio modo, pro locorum consuetudine, formina pœnâ arbitrariâ. n. 82. n. 101.

Corrumpens sponfam alienam de futuro, non est puniendus ut adulter. n. 102.

Adulterium,

Adulterium, novo Jure, non potest accusari nisi a marito, (qui omnibus praefertur) deinde a patre adulterae, fratre, patruo, avunculo. fol. 82. nu. 105. Uxori etiam in Imperio conceditur Accusatio adulterij Mariti. fol. 83. n. 106.

Primo loco accusandus est adulter: qui si absolvatur, mulier amplius accusari non potest. illo tamen condemnato, non hoc ipso mulier est condemnata. n. 107.

Marito negligente accusationem, illius heredes non possunt adulterium accusare Jure Mariti, hoc est ad lucranda dotem. n. 111.

Securo ob adulterium divorzio, tenetur Maritus adhuc alere uxorem ex fructibus dotis. fol. 84. n. 113.

Adulterium cum maritata quae se passim profuit, aequè ut adulterium puniendum est. fol. 84. n. 114.

Attentà DD. Auctoritate, (non item Juris apicibus) & praxi, non puniretur ultimo supplicio, qui adulterium confessus esset judicialiter, complice negante, vel absente, nisi alijs argumentis gravatus esset, quae vide fol. 85. n. 117. & seq.

Mitigata pena uni complici, ob specialem causam, non hoc ipso mitiganda est alteri. n. 119.

Nisi Specialia Statuta patrocinentur Nobilitati, haec non excusat ab ordinaria pena. n. 120.

Adulterium à Clerico convicto vel confesso commissum, punitur in foro Ecclesiastico (attentis Canonibus) depositione ab officio, communiōne concessa, & detractione in Monasterium perpetua. Si neget, deferatur purgatio canonica: hoc deficiente suspenditur ab officio. fol. 88. nu. 122.

Minor aetas pubertatem adeptam, per se non excusat ab ordinaria pena. n. 123. ob alias circumstantias arbitrio Judicis committitur. eod.

Ob multiplicatum adulterium de Jure non exasperatur pena. n. 124.

Advocatus.

Tomo 3.

Advocatus non potest validè pacisci de quota litis nisi post litem finitam, sed tamen potest ante Sententiam definitivam. fol. 42. nu. 245. & seq.

Tomo 5.

Advocatorum officium aliquo modo Publicum est & Nobile. fol. 175. n. 514.

Postulare, seu Advocatum agere in totum prohibetur Minor 17. annis, item Sordus. fol. 175. n. 515. Pro alijs prohibentur faminae, & ceci: Crimine capitali damnati; in corpore muliebrata passi, calumniae publici Judicij damnati, locantes operas ad pugnandum cum bestijs. Pro se & conjunctis tantum postulare possunt infamia minore notati. eod.

Qui in causa est Judex, in ea postulare prohibetur. fol. 176. n. 516. item prohibentur, qui Religionis Catholicae non sunt. 17. item qui de quota litis pacisci solent. n. 518. item potentiores n. 519.

Denique omnes illi qui non habent legitimam personam standi in Judicio. n. 520.

Jure Canonico insuper prohibentur Clerici in Sacris, vel Beneficiis in seculari foro postulare nisi pro se vel pro sua Ecclesia, vel miserabilibus personis, vel si Actor sit persona Ecclesiastica, vel si sit de feudo Ecclesiastico, domino seculari obligato. Deinde Canonici Regulares postulare non possunt, sicut nec Monachi, nisi pro utilitate Ecclesiae, vel sui Monasterij, & praeepto Abbatis. Clericus contra suam Ecclesiam postulans punitur. In criminalibus capitalibus nullus Clericus postulare permittitur pro accusatore. fol. 176. n. 521.

Religiosus ne quidem ex mandato Abbatis postulare permittitur pro miserabilibus personis. sed solum quando causa directè spectat bonum Monasterij. f. 177. n. 522.

Sacerdos non potest postulare nisi pro personis sanguine junctis, quando alium idoneum Advocatum habere non possunt: quod ad spirituales fratrem aliqui extendunt. n. 523. & seq.

Advocatus à Judice constitutus si recusatur, arceatur in perpetuum à foro. fol. 177. n. 526.

Potest donatarius contra donatorem Advocatum agere, absque periculo revocandae donationis. fol. 177. n. 528.

In Camera Imperiali jurant Advocati, se persecuturos usque ad definitivam. fol. 178. n. 529. & pauperibus gratis debent patrocinari. n. 530.

Licet clienti, lite pendente, Advocatum mutare, non obstante jacturâ salarij. n. 531.

Hodie Advocati non amplius sub initium litis, sed in principio officij suscepi jurant. fol. 179. n. 534. ubi formam Camerae vide.

Error Advocati non nocet Clienti, si intra triduum contradicat. f. 179. n. 535.

Quando causa est dubia dubio facti, non licet Advocato patrocinari. n. 542. bene tamen, quando Jus clientis est minus probabile. fol. 180. n. 543.

Aedes.

Tomo 1.

Ex aedibus deiiciens, si occiderit, poenâ 50. aureorum punitur: si aliud damnum dedit, caput familiae punitur in duplum. appendens aliquid cum lapsu periculo, decem aureis: actu nocens in duplum damni dati. Si plures inhabitent, & quis nocuerit, nascitur, in singulos datur actio in solidum: unus solvens habet contra ceteros regressum. fol. 96. n. 148.

Aedificatio.

Tomo 1.

Est Modus acquirendi jure gentium. Nam aedificium ex aliena materia in meo solo constructum mihi seu solo cedit. manet tamen alter materiae dominus, & potest eam vindicare, sed non nisi tunc, ubi aliqua ex causa dirutum est aedificium. fol. 421. n. 179. Aedificia quae loco moveri possunt, solo non cedunt. n. 120. Aedificio necdum diruto, sed durante

durante, ne quidem à mala fidei aedificatore potest materia vindicari. Et quando datur contra talem actio ad exhibendum, non est intelligendum, ad destructionem aedificij, sed ad estimationem materiae. n. 121. Competit tamen tam contra bonam quam male fidei aedificatorem actio de tigno juncto, quâ duplum consequitur laesus, sed tunc non potest amplius vindicare materiam. Probabilius contra bonae fidei aedificatorem solum tunc datur, quando est fundamentum praesumendi aliquam culpam civilem. Contra male fidei aedificatorem ita datur, ut duplum totum sit poena furti, & insuper compellatur solvere pretium, & simplum n. 122. & seq. Quod si aedificator mallet materiam restituere, quam duplum, non haberet locum actio de tigno juncto. n. 123.

Qui ex sua materia in alieno solo aedificat, illius sit aedificium, cujus solo inhæret, & quamvis jure Digestorum aedificator etiam amitteret materiam, aliud tamen statutum est jure Codicis, quia non rectè praesumebant antiqua jura animum donandi. fol. 423. n. 134.

Qui in alieno solo suo nomine aedificavit, seu bona seu mala fide, si ipse aedificium non possidet, stricto jure nulla actione illi succurritur, quâ possit suum reperere. fol. 424. n. 132. Ex aequitate tamen aedificator potest possessionem reperere *Conditio incerti* in ordine ad hunc effectum, ut sumptus, & expensas deducere possit, quibus res melior est facta. eod.

Aedilitium Edictum.

De hoc vide. *Emptionis Resolutio ex edil. Edicto.*

Aestimatoria Actio.

De hac (quae etiam *Quanto minoris* dicitur) vide. *Emptionis Resolutio ex Aedilitio Edicto.*

Aestimatorio Contractus.

Tomo 4.

Est bonae fidei, Innominarus, ex quo nascitur Actio Praescriptis verbis, illi competens, qui rem aliquam alteri vendendam committit aestimatam, hac lege, ut vel rem ipsam integram, vel ejus aestimationem restituat. fol. 333. n. 1065.

Si ille, cui res committitur, rogavit, censetur periculum casus fortuiti in se recepisse, secus praesumitur solam operam, & communem diligentiam promississe. Hujusmodi sunt *Statronaria*. fol. eod. n. 1066.

Aggressor.

Tomo 1.

Passus ab aggressore necessitatem ad vel defendendum, vel incurrendum grave vulnus, potest se licitè defendere, etiam directè intendendo aggressoris vulnerationem, etiam lethalem, cum moderamine inculpatae tutelae. fol. 190. n. 630. Potest autem aggressor esse injustus fortialiter, vel materialiter tantum, ut amens, vel invincibiliter putans se justam aggrediendi causam habere, & de utroque procedit assertio. 632.

Requiritur autem, ut aggressor habuerit animam decretorium, exterius proditum, re invadendi per se vel per alium, nec sufficeret quaecunque suspicio ad defensionem offensivam. f. 191. n. 634. Nec tamen est necesse, ut jam caperit te corporaliter aggredi: satis est, si tibi constet, quod comparaverit arma, quarat occasionem te aggrediendi, nec appareat spes animi mutandi: quo casu licita est preventio, in qua tamen magnum abusus periculum cavendum est. f. eod. 635.

Ad fugiendum cum ignominia apud homines pseudopoliticos incurrenda, non tenetur homo secularis, cui talis ignominia graviter praedicit, bene tamen Clericus aut Religiosus. fol. 191. nu. 637. & seq. Nemo autem tenetur occidere ad sui defensionem aggressorem. f. 194. n. 660.

De Aggressore vide plura. *Injuria realis. & Homocidium.*

Agnatus.

Tomo 1.

Agnatus dicitur alicui, qui per virilis sexus personam sanguine junctus est. fol. 470. n. 393.

Albi corrupti Actio.

Tomo 5.

Est Actio Praetoria, patnalis & popularis, quae datur adversus eum, qui vel ipse per se, vel per alium, dolo malo corruptus vel sustulit id, quod in albo Praetoris (idem dicendum de programmatibus solitis) perpetuae jurisdictionis causa propositum est, ut mulctetur poenâ aureorum 50. fol. 124. n. 204.

Pluribus corruptentibus, uno solvente, ceteri non liberantur. n. 205.

Poenâ est applicanda Actoris. n. 206.

Alimenta.

Tomo 3.

In favorem alimentorum concessa est vindictio rei alienatae sub modo prestandorum alimentorum sed non praesertorum. f. 56. n. 309.

Alluvio.

Tomo 1.

Est Modus acquirendi jure gentium illud, quod per alluvionem agro nostro flumen adjicit. Est autem alluvio incrementum latens, ut intelligi non possit, quantum quoquo temporis momento adjiciatur. f. 416. n. 89.

Si fundus sit fructuarius, incrementum quoad fructum fructuarij est, quoad proprietatem proprietarij, & ideo non est canon, vel aliud onus aut, servitium augendum. f. eod. n. 90.

Alluvio differt à vi fluminis, quod per hanc subitò non lentè, sed uno impetu adjeiatur, & non statim acquiratur fundo cui adjeiatur, sed tunc primum, cum longiore tempore fundo cohaeret, & arbores in fundum radices egerunt. f. eod. n. 91.

Tomo 1.

Alius tollendi, vel non tollendi Servitus. Dupliciter haec Servitus constitui potest. 1. Per modum necessitatis, & est Jus cogendi vicinum ad aedes

ad aedes altius tollendas. 2. Per modum facultatis, & est Jus, quo vicinus non Jure libertatis, sed Jure à convicino constituto, aedes suas altius tollere potest. f. 248. n. 165. & seqq.

Servitus altius non tollendi, est Jus, quo vicinus ultra certum altitudinis modum aedes tollere prohibetur. f. 249. n. 169.

Alvei Mutatio.

Tomo 1.

Est Modus acquirendi Jure gentium, propinquis prædijs cum proportione dividendo relictum alveum. Inundatio tamen quia formam agri non mutat, non auferit illius dominium. fol. 417. nu. 100. & seqq.

Amentia.

Tomo 6.

Alleganti amentiam ad excusandum delictum incumbit onus probandi. f. 321. n. 528. Nisi constaret, fuisse furiosum vel amentem ante commissum delictum, tunc enim onus probandi amentiam incumberet Accusatori. fol. 322. n. 529.

Qui tantum in certa materia delirant, non excusantur ab omni pœna, mitius tamen puniendi. n. 530.

Amortizatio Lex.

Tomo 5.

Videtur repugnare Immunitati Ecclesiasticæ, quamvis non satis efficaciter probetur ex cap. *Eos qui de Imman. Ecclesi. in 6.* fol. 57. num. 300. & seqq.

Anastasia Constitutio.

Tomo 4.

Ejus explicatio habetur fol. 39. num. 107. & seqq.

Annata.

Tomo 1.

Annata dicuntur primi fructus Beneficiorum vacantium. f. 2. n. 4.

Antichresis.

Tomo 4.

Antichresis pactum est quod pignoris contractui adjicitur, quo inter creditorem & debitorem convenit, ut, donec pecunia solvatur, creditor ex fundo pignorate in vicem usurarum fructus percipiat. f. 297. n. 928. Est Jure Canonico prohibitum. eod.

Apes. Alvearia.

Tomo 1.

Non est necesse, ut Apes in tua arbore mellificantes alveario artefacto includas, ut tue fiant, sed satis est habere animum eas unâ cum arbore possidendi: si tamen ex alieno alveario huc volassent, non licet eas tuo alveario includere, quamdiu animum redeundi non planè deposuerunt: potestque dominus eas tintinnabulis revocare. f. 415. n. 85. & seqq.

Apes feris animalibus rectius quàm mansuetis adnumerantur. f. eod. n. 87.

Apocha, Antapocha.

Tomo 5.

Apocha est Cautio scripta solutionis factæ, & ejus probanda causâ data debitori à creditore. fol. 372. n. 512.

Antapocha, quæ à debitore, solvente censum, pensionem vel redditus annuos, datur creditori, ut inde probare possit, ita solutum fuisse, sicque impediatur præscriptio: vocantur *litteræ reversales. eod.* Plura vide *Chirographum.*

Apostoli.

Tomo 5.

Sunt litteræ Judicis A quo ad Judicem Ad quem, quibus appellati vel desert, vel non desert. fol. 575. Hodie soli Reverentiales sunt in usu, nec facile dantur Refutatorij. n. 455.

Plura vide *Appellatio.*

Appellatio.

Tomo 5.

Quando dubium est, an fuerit appellatum intra fatalia, probabilius est, præsumendum esse, fuisse appellatum intra fatalia. fol. 408. nu. 710. & seqq.

Appellatio est ab Inferiore ad Superiorem Judicem provocatio, ratione gravaminis illati vel inferendi. fol. 544. n. 272. Possit Statutum fieri, ut is, qui in alijs est superior, in causis Appellationis esset inferior, adeoque ab eo appellari possit ad eum, qui in alijs est inferior. f. 545. n. 274. & seqq. ubi exempla.

Appellatio Extrajudicialis dicitur, quæ fit ab Actibus & Decretis Extrajudicialibus. f. 545. nu. 277. ubi exempla. & seqq. ubi quinque differentia assignantur inter Extrajudicialem & Judicalem appellationem.

Appellatio generaliter est faciendâ gradatim, regulariter loquendo. f. 547. nu. 285. & seqq. ubi referuntur septem exceptiones.

Jure Civili quando appellatum est prætermisso medio, non hoc ipso appellatio est inutilis & nulla, sed remittitur Appellatio ad immediatum prætermissum. f. 548. n. 294.

In foro Ecclesiastico talis habetur pro nulla, nisi sit facta ad Summum Pontificem, vel Legatum à latere. n. 295.

Appellatio ad Imperatorem, prætermisso medio facta, remittitur ad immediatum. n. 296.

Jure communi non nisi bis appellari in eadem causâ & ab eodem victo potest. fol. 548. nu. 297. Si tamen Judex secundæ Appellationis imponeret novum gravamen, possit ab hoc gravamine tertio appellari. n. 299. Sic etiam victor in prima, victus in secunda, possit tertio appellare. fol. 549. n. 300. Neque duplex Appellatio præjudicat tertio, si eo ignorante litigatum est, quominus ratione proprii interesse possit tertiam appellationem addere. n. 301. & seqq. ubi quid in Camera & Bavaria.

Culpâ

Culpâ suâ sentiens gravamen, appellare non permittitur, ut Contumax: Convictus & confessus: professus se non appellaturum: approbans Sententiam. fol. 549. n. 304. & seqq.

Appellare licet omnibus, qui se in Sententia gravatos cum aliqua verisimilitudine & non frivole existimant, si appellent cum debito respectu. fol. 550. n. 309.

Non solum ipsi Principales, sed & eorum nomine Procuratores, saltem generale mandatum habentes ad litem, provocare possunt. f. 550. nu. 311. Appellationem tamen à definitiva non tenetur Procurator prosequi. n. 312.

Tutores & Curatores durante officio tenentur in causa dubia appellare. n. 313.

Licium est tertio appellationem ob suum interesse prosequi, etiam si ipse non appellaverit. Unde & victor appellatus potest adhaerere appellationi factæ, & plura jura deducere, connexa cum causâ principali, casu quo appellans deseret appellationem. f. 551. n. 341. & seqq.

Tertius, cujus interest, potest appellare, si negligat condemnatus. Debet tamen causam appellationis exprimere. n. 316. & seqq. ubi exempla. Currit tertio tempus à puncto quo scivit Sententiam esse latam. f. 552. n. 323. Neque illi obstat clausula: *appellatione remota. n. 325.*

Excommunicatus non potest appellare Extrajudicialiter. nu. 326. Appellatio à Sententia Excommunicationis non habet vim suspensivam, sed solum devolutivam. n. 327. Conventus in Judicio potest per alium respondens appellando suspendere Sententiam. n. 328.

Appellatio faciendâ coram Judice à quo, vel si copia illius haberi non potest, ad eundem Judex superior ad quem causâ per appellationem devolvitur. f. 353. n. 330.

Valet Appellatio coram Notario, & quidem ex Ord. Camerae, etiam si copia Judicis haberi possit, valet appellatio coram Notario & testibus. n. 332. Modò fiat scripto. n. 333.

Si Judex à quo appellationem debito modo & tempore interpositam recipere nolit, potest appellari coram Notario & testibus, vel adiri Judex superior. n. 334.

A Principe Superiore non agnoscente appellari non potest. fol. 554. n. 335.

Ab Electoribus Imperij, & Senatu Romano &c. non potest appellari. n. 337. & seqq.

Ab Episcopo, cujus Jurisdictio fuit prorogata, non licet appellare. f. 555. n. 342.

Removente Judice gravamen propter quod appellatum, cessat appellatio. n. 342.

Ab Arbitro voluntario (aliud est in arbitrio Juris) non licet appellare. n. 343. Quod etiam verum est de Jure Canonico. n. 344. Licet tamen appellare à Judice Reductionis. nu. 345. nisi Sententiam arbitri confirmasset. fol. 556. n. 348.

Christ. Hann. Repert.

Ut appellatio unius alijs non appellantis proficit, tria requiruntur. 1. Ut ex eadem causâ sine condemnati. 2. Ut eadem omnium sit condemnatio & defensio. 3. Ut unâ eademque Sententia sint condemnati. fol. 556. n. 349.

Quamvis de Jure communi quævis æstimatio litis sit appellabilis, in Camera tamen non recipitur Appellatio in forte infra 300. Imperiales. fol. 561. nu. 371. & seqq. Quæ tamen summa in quibusdam Actionibus non attenditur: quas vide n. 378. In dubio, deseritur appellanti Juramentum. n. 376. Exceptio summæ incompetentis potest etiam post litis contestationem opponi. n. 377.

In Curia Romana requiritur Summa excedens 10. aureos. f. 562. n. 379.

Appellari potest à Sententia imponente silentium ex lege *dissimari*, non solum quando dissimans in Judicio comparuit, sed etiam quando contumax fuit. fol. 562. n. 381. & seqq.

Appellari potest à Multa non subrogata in locum pœnæ corporalis, vel quando est Judicis arbitrio relicta, secus si legibus taxata. fol. 563. n. 387. & seqq.

A Sententia lata in Possessorio momentaneo non admittitur appellatio. fol. 564. n. 392. Bene tamen in Possessorio Ordinario. n. 394. & seqq. ubi exemplum in hæredem misso in possessionem bonorum hereditatis.

A Sententia lata super alimentis præteritis, appellari potest. Super futuris, si lata est pro alimentando, non admittitur appellatio quoad effectum suspensivum. Si contra alimentandum, admittitur. f. 565. n. 399. & seqq.

A Sententia, quâ Judex pronuntiat se esse competentem, potest appellare opponens exceptionem declinatoriam. n. 402. à lata pro incompetencia, potest appellare si cui est objecta exceptio. f. 566. n. 403.

A condemnatione Officialis in Syndicatu non potest appellari. n. 405.

Vi clausulæ: *Appellatione remota*: tenetur Judex non solum frivolum, sed omnem appellationem rejicere (nisi à Jure expresse concedatur) & Apostolos denegare, sicut in casibus, quibus de Jure appellare non licet. f. 567. n. 407.

Appellatio probabilis, sed in Jure non expresse concessa, habet effectum devolutivum, non obstante clausula. f. 568. nu. 413. Quoad effectum suspensivum non tenetur Judex appellationi deferre. n. 416.

In litteris executorialibus, quæ dantur sine causâ cognitione, clausula nil operatur. f. 569. n. 420. Innovationes factæ, remota appellatione, non per viam attentatorum, sed *quæque*, possunt revocari. n. 423.

Appellatione interpositâ Judex dispiciet, an dandi sint Apostoli Reverentiales: & si non, dare debet saltem Refutatorios. fol. 569. n. 424.

B 2

Superior